



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Declaratio Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, circa
facultatem absoluendi à Casibus Sedi Apostolicæ, & Ordinario reseruatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

Regulares non possunt paenitentes suos à Casibus
Sedi Apostolica & Ordinario Diocesano
reservatis absoluere sine speciali
licentia.

Veruntamen ne Regulares cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti etiam Archiepiscopali nostra auctoritate Ordianariâ approbati potestatis suæ limites transcendat, quæ Sacra Congregatio Cardinalium, qui Episcoporum & Regularium negotijs & consultationibus præsunt, circa facultatem absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ, & Ordinario reservatis declarauit, ex ipsiusmet Congregationis subiectis hic verbis quilque cognoscere potest.

DECLARATIO

Sacra Congregationis Episcoporum, & Regularium, circa facultatem absoluendi à Casibus
Sedi Apostolica, & Ordinario
reservatis.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit, per Confirmationes Priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apost. post Sacr. Conc. Tridentinum obtinuerunt, nequaquam reuixisse Priuilegia prius ab eodem Concilio ac deinde etiam ipsius Congregationis Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absoluendi à casibus Ordinario loci reservatis; Quemadmodum nec indulta
absol-

absoluendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, ut pote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vites, aut robur acquisuisse ex subsequentibus Priuilegiorum Confirmationibus: Ac proinde Regulares cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim Priuilegiorum, aut Confirmationum eiusmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, posse quemquam absoluere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reseruatis: Ac si secus egerint, absolutio-
nes nullas, atque irritas fuisse, ac fore: Ab alijs
verò casibus, & censuris Sedi Apostolicæ reter-
uatis, si quidem Regulares habeant à Sede A-
postolica absoluendi facultatem, illam extra
Italiam minimè sublatam fuisse ijsdem Sacr.
Congregationis Decretis hac de re editis iussu
san. me. Clementis VIII.

Quam Sacrae Congregationis sententiam
Sanctitas Sua ad se relatam approbavit, manda-
uitq; ab omnibus, ad quos pertinet, in uiolabi-
liter obseruari. Romæ 17. Nouemb. 1628.

F. A. Card. S. Honufr.

P. Fagnani Secr.

Cullegij Soc. (1628) Padri. 1669

— 50 —